Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammlung verschiedener theils gedruckter, meistentheils aber ungedruckter Schriften und Nachrichten, so vor und währendem 30jährigen Kriege sind verfertigt worden, und die damaligen Unruhen in ...

Burchard, Philipp

[S.l.], [16. Jh/17.Jh.]

De morte Marchionis Anchoritani (d'Ancre)

urn:nbn:de:bsz:31-98962

Visual Library

De morte Marchionis Anchoritanj.

Consistit alto quisqs erectus loco
Summūq honoris iam tenet fastigium
Nec cernit vltra quo queat contendere,
Metuat ruinam: qs quis in summo est gradu
Non stat, sed haeret: celsa vicino ruunt
Subversa lapsu: lubrica est sortis rota
Et summa laetae meta fortunae, mali
Gradus ē sequentis. Docuit id cūctos suo
Pompeius olim magnus exemplo, cui
Prius ad triumphos defuit terra solum
Mox ad sepulchrū: sensit hoc Caesar quoq
Suo in Senatu caesus, vt pervenerat
Ad culmen illud, vnde Pompeiū suis
Depulerat armis. Sed qd antiqua eruo
Monumenta fastis, ꝓbet ambiguae aleae
Documenta nobis Anchoritanus nova.
En hic superbus ille Conchinus iacet,
Terror bonorū. Galliae tristis lues,
Opum rapax, belliq civilis tuba,
Qui stirpe vili genitus atq ignobili
Titulos honorū maximos nactus fuit.
Totumq regnū rexit & leges dedit. ~~Ipsi~~
Ipsi Monarchae: donec impatiens heri
Socijve tanto patre se natū probans
Propaga vera sanguinis Borbonij
Tolli imperavit vt parentaret patrj
Nil tum lebetes profuere argentei
Tantiq pretij vasa: qui currū modo
Superbus ibat per latum atq vrbis vias
Foedatus ora, membra laceratus, ferae
Instar perempta trahitur, invisum rapit

Populus cadaver: quique splendenti solet
Cubare thalamo praeda iam canibus iacet.
Hinc disce populos quisquis imperio Regis
Quid facere possit vulgus iratum, efferum.
Nec crede tantum profici violentia,
Quam blando amore: rumpitur nodus cito
Metu ligatus, ast amor quae iunxerit
Indissoluta vincla remanebunt diu
Amor est satelles fidus. Hunc omnes sibi
Parare debent, odia progenerat timor.
Et illa tandem quae nihil metuas nocent.
At tu ~~pem~~ perempto Gallia seu misera antea
Gaude tyranno, plaude victori inclito
Iam pax redibit, iam redibit facultas,
Omitte luctum, lingue tristitiam tuam,
Quicunque fleri donec in vivis fuit
Promeruit, illum mortuum risus manet.

Aliud in quo annus continetur.

Dissimulent. Fatum Hoc tibi hospes Anchoritani satis
Ad sceptra prosibet non vocato accedere.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

De morte Marchionis Ant